



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Memor sit omnis sacrificij tui, Et holocaustum tuum pingue fiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

*Zion nunc est
totus orbis.*

Et uox de Zion, emphasin suam habet, Specula enim dicitur non tantum, quod nos per fidem speculemur seu presentem deum habemus, sed quod & ipsi oculi domini super nos aperti sunt, sicut dicit psal. xxxiiij. Oculi domini super iustos, Et, xxxj. Firmabo super te oculos meos, Id quod olim, super solam Zion, tunc electum sibi locum faciebat, Nunc Zion est totus orbis, ubi cumque enim creditur in deum, ibi uidetur & uidetur deus deorum in Zion, sicut & psal. iij, diximus, de lumine uultus domini super nos, Recte autem uersus hic sequitur precedentem, quia exaltari in nomine domini super hostes non contingit, nisi de caelo roboretur cor principis, ut hoc uersu, uelut causam & modum reddat precedentis uersus.

Memor sit omnis sacrificij tui,

Et holocaustum tuum pingue fiat.

Sela.

Fide gratificamur deo.

Et hic uersus Tautologicus est, quales ferme omnes huius psalmi sunt. Pre dicti autem duo personam deo commendauerunt, quæ non nisi fide pura gratificatur in conspectu dei, his duobus sequentibus opera eius commendat, recto & pulchro ordine, sic enim respexit dominus prius ad Abel, & postea ad munera eius, Insuper hic uersus sacrificium, sequens consilia & studia commendat, ut prius sit facere quam dicere, prius significare quam petere, Multi enim dicunt, Domine domine, & non autem faciunt uoluntatem patris, immo contraria faciunt, ideo & oratio eorum fit in peccatum, Et uidemus hic non orari, nisi pro bono & pio principe, neque enim impius orat, ut exaudiatur, neque credit, ut de sancto roboretur, & si foris sacrificet opere seu simulet potius se sacrificare, At hunc suum principem non facit sacrificare, sed sacrificanti optima precatur, nisi dixeris, quod sacrificium principis, sit commune populi quoque, in quo pijs aliqui sunt, quorum precibus & ille postuletur bonus & saluus fieri cum illis.

Princeps impius non orat.

*Sacrificia in noua lege abrogata.
Nota bene.*

Euincit autem hic uersus, Dauid fecisse hunc psalmum, ut pro se oraretur a cantoribus a se institutis, quia sacrificium & holocaustum ritus Mosaii memorat, quæ in noua lege abrogata sunt, non quod mala fuerint, sed quod impleta sint per Christum, & fiduciam iustificationis præstabant superbis, Nihil enim peccaretur, si hodie, ritu eodem, quisquam sacrificaret, modo id faceret, nulla fiducia iustitiæ, aut necessitate conscientie, libera enim & licita sunt omnia, quæ contra fidem non sunt.

Externa uariant, interna manent.

Non tamen ideo psalmus hodie & alijs orandus non est, sicut enim alia persona, alia causa, aliud tempus, alius locus, in noua lege sunt, ita & aliud sacrificium, eadem tamen fides & idem spiritus, per omnia secula, loca, opera, personas manent, Externa uariant, interna manent, Non enim in omnibus est unum opus, sed una fides, nec ubique unus seruus, sed unus dominus, Et diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, & diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus, & diuisiones operationum sunt, idem autem deus, qui operatur omnia in omnibus, Sic, qui in Abraham circumcisionem uoluit, idem in nobis baptismum uoluit, eadem prorsus uoluntate, & in eadem prorsus nostra fide, diuersa tamen operatione, oportet enim Ecclesiam ab initio mundi altare Christo circumdare, tam uarietate, & dispensatricem esse multiformis gratie dei secundum diuersitatem membrorum, temporum, locorum & causarum, quæ mutabilia sunt & uaria, ipsa

dicatur non tantum
nus, sed quod & ip
ij. Oculi domini so
od olim super ioh
rotus orbis, ubi cano
m' in Zion, sicut &
ste autem uersus hic
per hostes non co
elut causam & mo

Sela.

psalmi sunt. Pre
si fide pura gra
commendat, re
del, & postea ad
studia comen
ti enim dicunt,
mmo contraria
non orari, nisi
neq; credit, ut
se sacrificare,
optima preca
uoq; in quo
nus fieri cum

se oraretur a
Mofaici me
ed quod im
erbis. Nihil
o id faceret,
ra sunt om

enim alia
& aliud sa
ra, opera,
nibus est
s. Et dicit
unt, idem
omnia in
baptismu
erfa tamē
circunda
diuersi
a sunt &
aria, ipsa

uaria, ipsa tamen una semper eademq; perseveret Ecclesia.
Quod ergo nostrum sacrificium est: Aliquot seculis sacramentum panis &
uini, pro sacrificio summo habitum est, sed impia (ut alias diximus) opinione;
In noua enim lege, nec templum est, ut in Apocalypsi uisum est in noua ciui/
tate Hierusalem, nec sacrificiū, quod Danielis. ix. defecturum predictum est,
Sed nos ipsi sumus templum dei, ut Paulus. j. Corin. ij. docet. Ita sumus etiam
ciuitas dei, ita & sacrificium, & omnia quæ olim & nunc, corporalibus tem/
plis & oblationibus figurata sunt. Vnde Rom. xij. Apostolus: Obsecro uos,
per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, san/
ctam, deo placentem, rationale obsequium uestra. Varias autem sacrificio/
rum antiquorum interpretationes omitto, contentus duobus illis, quæ docet
Dauid psal. xlix. Sacrificiū laudis honorificabit me. psal. iij. Sacrificate sacrifi/
cia iustitie, psal. j. Sacrificium deo, spiritus contribulatus. Ad idem Daniel. ij.
In anima contra & spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in milibus agnorum
pinguium, sic fiat sacrificium nostrum hodie in conspectu tuo, ut placeat tibi,
quoniam non est confusio confidentibus in te. Et Osee. xij. Omnem aufer
iniquitatem & accipe bonum, & reddemus uitulos labiorum nostrorum. Heb.
xiii. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo, id est, fructum la/
biorum contentium nomini eius. Et psal. cxv. Tibi sacrificabo hostiam lau/
dis, & nomen domini inuocabo. Et, liij. Voluntarie sacrificabo tibi, & confite
bor nomini tuo domine, quoniam bonū est, & his similia.

Sacrificium
nostrum.

Templum &
sacrificium
hoc tēpore.

Sacrificium itaq; nostrum, quo in die tribulationis offerimus, cor cōtritum
est, & confessio peccati, hoc est, nos ipsi, in tribulatione ad deum gementes,
tribulationem iustam agnoscentes, patienter ferentes nostri mortificationem,
in q; omnem uoluntatem dei nos offerētes, hoc enim signat uniuersus ille tur/
multus figuratiū hostiarū, cum suis cædibus, sanguine, exultatione, & similibus
in lege Mosis præceptis. Ignis ille consumptor, ardor spiritus sancti est, diffun/
dens charitatē in cordibus nostris, quæ deuorat, quicquid est carnis & ueteris
natiuitatis in nobis, id quod est, holocaustum, id est, in totū igne cōsumptum,
offerri, ut nobis mortui, deo uiuamus, & mēbra prius iniquitati seruentia, iu/
stis nunc seruiant. Et in his omnibus, deo confitemur, laudemus & gratias
agamus. Ligna quibus ignis ille alitur uerba Euāgelij sunt. Cultri quibus ex/
cuntur aialia, uerba legis sunt, occidētia ueterem hominem, & detracta pelle
uultatis, sup altare Christū imponētia. In fide em̄ Christi oīa fieri oportet.

Quo ingiter
deo sacrifi
candum.

Holocaustū.

Quid uero est, pingue fieri holocaustum: Sine dubio allegorice, plenum,
delicatum, placitum ac iucundum significat. Pinguedo enim mysterio abun/
dantia & iucunditatis seruit, Gen. xlix. Aser pinguis panis eius & prebebit
delicias regibus. Sic psal. xvj. diximus, Adipem impiorum esse, proceres eorū,
diuites, electos, & delicatos uoluptuarios. Sumitur scilicet allegoria ab usu ho/
minum, qui pinguibus & benepastis pecudibus, ceu electioribus, delectant.
Sic & psal. lxxj. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exul/
tationis laudabit os meū. Inde in scripturis passim pinguis ager, pinguis mōs,
quæ latine, lætum & iucundū dicimus. Hebræa autē dicitio, hoc loco ambigua
est, ut possit etiā sic transferri, Et holocaustū tuū incineret. Sela, Quod, ad ho/
locaustū satis apte dicitur, potest autē utrunq; simul accipi.

Pinguedo sa
crificij.

Sela quod in fine huius uersus addit, quid sit, in superiorib; diximus, inditiū
scilicet, cuiusdā insignis affectus occulsi, per spiritū pro tpe excitatū sup pin/
guedine & incineratione holocausti huius, quæ nemo nouit, nisi qui accipit.
Nn ij Tribuat tibi